


Peter Ammon

**Petri Ammonii Diatribe In qua de Joan Angelii Werdenhagen Rebuspubl.  
Hanseaticis candide disseritur**

Rostochii: Reusnerus, 1638

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730533336>

Druck Freier  Zugang



Jc

4313



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/rostdok/ppn730533336/phys\\_0001](http://purl.uni-rostock.de/rostdok/ppn730533336/phys_0001)

DFG

Inest rava Petri Antonii  
Diatribe de Wredonhageni tract. de  
Rebuspubl. Hanseaticis.

M. Jc - 4313

O. HÜNEMÖRDER  
UNIVERSITÄTS-  
BUCHBINDEREI  
ROSTOCK  
Grüner Weg 5



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/rostdok/ppn730533336/phys\\_0002](http://purl.uni-rostock.de/rostdok/ppn730533336/phys_0002)

DFG


PETRA ANNOVI  
DIATRIBE

qua de Joan Anglij V. Ver.

Joan Anglij V. Ver.

Universitäts-  
Bibliothek  
Rostock





PETRI AMMONII  
DIATRIBE

*In*

qua de Joan Angelij VVer-  
denhagen Rebuspubl. Hanseaticis candidè  
differitur.

ROSTOCHII,

Prælo JOHANNIS REUSNERI,

ANNO MD. LXXVIII.





Uamvis autor Rerumpubl. Hanseaticarum non pauca annotaverit, quæ historiam harum urbium illustrare possunt, nescio tamē qui fiat quod sui ipsius instituti sæpius obliviscatur, & in historiæ leges peccet. Accessit ad condendam hanc historiam, non vocatus ab Hanseaticis Rebuspublicis, (illa enim provincia viris amplissimis, Joanni Dauthio & Joanni Domanno imposita fuit) sed ex privatis quibusdam causis; unde posteritati se excusat, si quid fortè, certis documentis destitutus, alienum à veritate scripserit. Pag. 29. in Dedicat. *Utinam, inquit, nobis omnia rite constarent! Sed vix corticem lambimus, ita veritas omnis suppressa est, ut vix aliquid debite prodere queamus.* Ceterum ipsa operis series proluxior est. Nam ea planè aliena sunt, neque ad historiam Hanseaticam ullo modo pertinent, quæ de rebus Theologicis, Politicis, Chymicis aliisque in prima & secunda parte contra viros optimos adducuntur; ut nihil jam dicam de Teutonici cujusdam Mysterio regiminis Paradisiaci & Triplici vita hominis, in quibus meditationibus si non ineptis, impijs certè transcribendis valdè solers est & plures paginas complet Werdenhagius. His non pauca subjunguntur de Tinctura metallica, quam pag. 203. Tract. Gener. vocat *ter sanctam*, & deinde resolvit in literas

A 2

sacra-

facratas & secretas, quæ omnia novam & peculiarem sectam constituunt. Pag. 245. T. G. *Tanti est*, inquit, *ex opinione vel affectibus quid judicare, & natura ignorasse arcana, quæ sanè cunctos latent, nisi maturè aniles terminorum opiniones exuat, & ad verum philosophandi modum cum Theophrasto se recipiant.* Enim verò quæ Aristoteles, homo doctissimus, & post eum Peripatetici docuerunt, Werdenhagio nunquam placent, ideoq; ne nomen quidem Aristotelis pati potest. Semper enim Stagiritam & Stagirenses vocat à patria; quæ vox utrum magis pathetica sit, quam altera illa, non scio. Auspicatur autem notare Aristotelem è Teutonico, qui p. 184. T. G. Platonem Aristoteli opponit. *Plato inter omnes Philosophos, quorum scripta adhuc integra extant, solus est & unicus est, qui veritatis professionem Ethnico more quam proximè secutus est; ut tota logomachia Stagiritæ vix nomine digna sit præ hujus studio, cum semper realis insipientiæ cultura deprehendatur. Alter (Aristoteles) nil nisi fumum vendat, pictâ imaginis specie.* Ipse postea Aristotelem p. 516. T. G. appellat *cottius mundi irrisorem, invidiosum impostorem, veritatis inverforem.* Pag. 548. *ibid. vanum & planè terminalem, ut plura alia scommata omittam, quæ virum gravem & historicum minimè decent. Neque existimandum est, satisfactum esse Aristoteli, & refutatas ejusdem opiniones, si quis ei aculeata epitheta objiciat quidem, nullas tamen rationes afferat, quæ concludant; quod Werdenhagio solenne est, ubicunq; ab aliorum sententijs recedit, & manifestum cumprimis, quando contra Peripateticos disputat.* Pag. 335. T. G. *Hic stilus est communis Stagirensium omnium, quod etiam natura eorum insitum est adeo firmiter, ut nil nisi vellicationes & maledictiones consuerent adament,*  
quoties

quoties vident, quod terminali illi facultatum Magistro (Aristoteli) suum infringatur alicubi censorium tribunal. Alibi: Quicquid hic ipsius Stagirensis sectatores vani, tanquam tenebrarum servi suiq; ministri & mundani regni amatores perpetui contra ogganniant. In Politicis perennem adversarium sibi elegit Henningum Arnisæum, in quem tot convitia extant, quot ferè paginas habet prima & secunda pars T. G. Pleraque enim Relectionum Politicarum ridet, & in virum hunc de elegantioribus literis insigniter meritum tanto impetu debacchatur, ut vel ex unico hoc certamine Verdenhagij immoderatum ingenium æstimare possis, Pag. 241. T. G. hæc habet: Ex quibus facile convincitur, quam frustraneus sit ille autor in Relectionibus Politicis, ubi decisionem suam interponit vanam & inuilem. Post pauca: An sano satis iudicij modo Relectiones tales relecta sint, quis mecum credat? Pag. 395. ibid. Vix est pagina in toto illo scripto, quæ non suis scateat erroribus, & contrariis opinionibus, si quis accuratè omnia examinare velit: adeo fecundus & dives est discordantiarum & hesitationum, ut sæpius ipse in multorum verborum precipitantia & involutione, sui immemor se confundat, & in mutua opposita prolabatur. Hæc de Arnisæo, qui paulò aliter servitutum & libertatem consideraverat, quam à Theosophis fieri solet, quibus ubiq; werdenhagius ad stipulatur, etiam in Communionè bonorum; propterea Casum, tanquam loquacem seductorem reprehendit, & in ejus Sphæra civitatis p. 559. T. G. multas phantasias inveniri pronuntiat. Quod autem de Sennerto affert, nihil quicquam summi viri famæ detrahère potest, quæ jam pridem extra werdenhagij arbitrium posita, Pag. 452. T. G. Pudeat, inquit, merito pre

reliquis Senuertum illum sui scripti, quod tam turpiter edidit de  
diferencia medicamentorum Chymicorum & Galenicorum.  
Ceterum ne quid huic historiae deesset, de rebus Phi-  
lologicis quoque judicandum erat, quarum elegan-  
tiam ut alijs invisam faceret, de Jano Grutero, & hujus  
viri utilissimis laboribus p. 901. T. G. ita loquitur.  
*Quid præstitit Janus Gruterus? Quid profunt vocabulorum  
inanium torsiones & collectiones vanæ? Ad quam exiguum  
emolumentum tales vacui phrasologi tam laboriosam & nimis  
disjectam consciunt crisin? Satis docti possent esse scholastica-  
les, vel potius Grammatici tales, etiamsi tot phrasium barba-  
ricarum & obsoletarum congerie carerent, modo rei verum &  
genuinum depromerent nomen.* Quotusquisque non vi-  
det, fore ut omnia barbaris locutionibus perissent, si  
antiquitatis studium & bonæ literæ negligantur, & fe-  
cit hujus rei jam aliquod initium in historia sua wer-  
denhagius. Nam pag. 17. T. G. palliari positum est pro  
tegi p. 203. voluptuositas p. 225. Communopinista, pro ijs, qui  
communes opiniones defendunt. p. 326. brutaliter. p. 393.  
naturalista. p. 780. opinaster & habitualista &c. Utrum au-  
tem hæ voces historico dicendi generi conveniant, ju-  
dicent alij. Superest ex adversarijs werdenhagij Joanes  
Caselius, cujus negotia cum Hofmanno de Philo-  
sophiæ usu in Theologia p. 212. Tract. Spec. non tantum  
repetit, sed addit etiam in quam ipse partem inclinēt,  
quod utinam potuisset facere sine inclementioribus  
verbis, sed cum nimis pronus sit ad arguendum, sibi  
imputare debet fortunam, de qua aliquoties conque-  
ritur, quod aulicorum inimicitias & exilij atrocitatem  
experiatur. Fieri enim solet sæpius, ut sibi maximè sit  
noxius, qui damnum aut invidiam alijs nectit, quem-  
admo-

admodum ipse p. 427. T. S. affirmat. Enim vero parte tertia demum incipit de Hanseaticis urbibus agere, in quarum descriptione concisus quidem est, eam tamen brevitatem in rebus Hamburgensium compensat. Quæ de publicis actionibus & jurisdictione hujus urbis præter necessitatem inseruit, alibi accuratius explicantur; interea videat werdenhagius Gryphiandri Tract. de weichbildis Saxonice cap. 78. n. 8. Certè illud quod de urbe Embdana affertur, quæ olim Hamburgensibus paruit, aliter in Saxoniam sua narrat Krantzius, quam hic factum est. Reliqua percenterem, nisi ex instituto Hamburgenses traduceret, ob denegatos sibi in eorum Republica honores. Veritatis autem, ut ipse loquitur p. 702. T. G. durissima semper gratia est apud eos, qui affectibus mancipati vivunt. Hæc ferè sunt quæ werdenhagius in Rebus publ. Hanseaticis alieno loco & infelici successu, contra summos viros disputavit; ex quibus apparet, quid nobis ab ipsa historia polliceri debeamus, cujus pleraque aliàs examinabuntur. Sæpe enim à certis indubitatisq; testimonijs exorbitat.



Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text is arranged in approximately 15 horizontal lines across the upper two-thirds of the page.

12









Uamvis autor Rerumpu  
ticarum non pauca an  
quæ historiam harum u  
strare possunt, nescio ta  
quod sui ipsius instituti  
viscatur, & in historiæ l  
Accessit ad condendam  
riam, non vocatus ab Hanseaticis Rebusp  
enim provincia viris amplissimis, Joanni  
Joanni Domanno imposita fuit) sed ex p  
busdam causis; unde posteritati se excusat, si  
certis documentis destitutus, alienum à v  
pferit. Pag. 29. in Dedicat. *Utinam, inquit, no  
constarent! Sed vix corticem lambimus, ita veri  
pressa est, ut vix aliquid debite prodere queamus.*  
ipsa operis series prolixior est. Nam ea p  
sunt, neque ad historiam Hanseaticam ullo  
tinent, quæ de rebus Theologicis, Politici  
aliisque in prima & secunda parte contra  
mos adducuntur; ut nihil jam dicam de  
cujusdam Mysterio regiminis Paradisiaci  
vita hominis, in quibus meditationibus si  
impijs certè transcribendis valdè solers e  
paginas complet Werdenhagius. His no  
junguntur de Tinctura metallica, quam pag  
Gener. vocat *ter sanctam*, & deinde refo

A 2

